

Ks. MARIAN BORZYSZKOWSKI

JANA Z KWIDZYNA († 1417) KAZANIE SYNODALNE
„EXPERGISCIMINI HODIE...”, WYGŁOSZONE W PRADZE PO 1384 ROKU *Rękopis: X A 2, Statni Knihovna ČSSR — Praha, Klementinum, k. 57 r a—62 r a¹,(k. 57 r a) „Justus perit et non est, qui recogitet in corde suo” Ysaie 57^o 2.

Expergiscimini hodie anime deuote, amatrices Christi deuote, crucifixi, et vigilanter attendite et videte opera domini, que posuit prodigia super terram. Nempe stupor et mirabilia facta sunt in terra nostra: Jeremie 4^o 3. Nam filius [[noster]] Dei Patris non in similitudine angelorum⁴ factus, sed in similitudine hominum habitu inventus est ut homo, exinaniuit seipsum formam serui accipiens; Philipensium 2^o 5.

* Por. ks. M. Borzyszkowski: Problematyka filozoficzna i teologiczna w twórczości Jana z Kwidzyna (1343—1417). *Studia Warmińskie* V (1968) 122—126. Układ kazania, bardziej rozbudowany od klasycznego, przedstawia poniższy schemat: THEMA: „Justus perit et non est, qui recogitet in corde suo” k. 57 r a

EXORDIUM: *Thematis expositio*: Expergiscimini hodie anime deuote... k. 57 r a
Thematis introductio: Et quis est... k. 57 r b

Thematis divisio:

1. Dico primo, quod nullus, vel rarus, sit qui velit Christi passionem ac eius mortem cordialiter recogitare... k. 57 r b
2. Secundo dixi, quod rarus aut quasi nullus sit, qui uelit iustum hominem in sua iusticia fideliter conseruare... k. 57 r b
3. Dixi tercio, quod rarus aut nullus sit, qui velit iusticiam finaliter defensare... k. 58 v d

Conclusio: Ex premissis ad thema propositum... k. 59 r a

DIVISIO: *Thematis repetitio*: In quibus verbis tria possumus considerare... nam ibi erat crudelitas, perversitas et acerbitas... k. 59 r a

ARGUMENTATIO: (*Declaratio rationalis, confirmatio scripturalis, dilatio*)

1. Dico primo quod hic innuitur... crudelitas occisoris... k. 59 r b
2. Dixi secundo in verbis premissis etc. innuitur peccatoris peruersitas... k. 60 r a
3. Dixi tercio etc. Innuitur acerbitas redemptoris... k. 61 r b

CLAUSIO: Hanc misericordiam, nobis christianis... k. 62 r a

¹ Jedyndy znany przekaz jest niezbyt staranną kopią, czego dowodzą liczne wyrazy wykropkowane przez kopistę, tu oddane w podwójnym nawiasie prostokątnym. Kopista odpisywał wzrokowo, a nie pisał pod dyktando, gdyż „iudicau” zapisał „indicau” stosując beleczkę nad „i” (por. odsyłacz „b”) „est iustus” przepisał „iniustus” stosując „i” z beleczką u góry zamiast „e” z beleczką (por. k. 58 v d), „maior” odpisał „minor” (por. odsyłacz „o”), „scilicet” odpisał jako „sed” (por. k. 61 r b). — Zasady wydawnicze są te same, co w wydaniu spisu treści „Wyjaśnienia składu apostołskiego” Jana z Kwidzyna: *Studia Warmińskie* V (1968) 585 nota 1. Dochodzi tylko jedno nowe oznaczenie: pojedynczy nawias prostokątny, ujmujący wyrazy lub ich części, zdaniem wydawcy zbędne. — Wydawca dziękuje Bibliotece Uniwersyteckiej w Pradze za udostępnienie mikrofilmu rękopisu. — Za skolonowanie transkrypcji z fotokopią wydawca dziękuje ks. doc. dr. Julianowi Wojtkowskiemu z Olsztyna.

² Iz 57,1.

³ Jer 5,30.

⁴ S. Bernardus Claravallensis: In feria IV Hebdomadae sanctae sermo n. 9; PL 183, 268.

⁵ Flp 2,7.

Quod tractans beatus Bernhardus in sermone hodierno⁶ dicit: Filius Dei *non solum formam serui accepit, ut subesset; sed mali serui, ut vapularet*⁷ et serui peccati, ut penam solueret *cum culpam non haberet*⁸. Hodie enim Deus [[ma]] maiestatis inventus est, a discipulo suo traditus, dure flagellatus, *sputis illinitus, spinis coronatus, obprobrijs saturatus, morte turpissima condempnatus et cum sceleratis deputatus*⁹ et multa alia innumerabilia pro nobis, o filie Jherusalem¹⁰ passus. *Egredimini ergo filie Syon, et videte regem Salomonem in dyademate, quo coronauit eum mater sua; Canticorum 3^o*¹¹. Coronauit namque eum mater sua corona carnea in die conceptionis sue et desponsacionis illius, qua desponsauit sibi humanitatem in qua passus est¹². Coronauit eum Pater corona aurea in die resurrectionis propheta dicente, qui ait: *Gloria et honore coronasti eum domine*¹³. Sed nouerca sua [[synagoga]], id est synagoga, coronat eum corona spinea hodie passionis; Mathei 27^o: *Pleccientes coronam de spinis, posuerunt super caput eius*¹⁴. Et sic facies Christi amabilis, que erat ante passionem nitore luminosa, fuit hodie turpiter velata; que erat decoris speciosa, erat inflata. Iuxta illud Job 16: *Facies mea intumuit a fletu meo, et palpebre mee caligauerunt. Hec passus {sum}, absque iniquitate cum haberem mundas ad Deum preces*¹⁵. Ex percussione enim alaparum et effusione lacrimarum surgit liuor genarum et tumor maxillarum. Itaque facies illa amabilis, quandam (k. 57 r b) honorem aspicientibus inducere videbatur; secundum illud Sapientie 2^o: *Gravis est nobis ad videndum*¹⁶. Tercio facies Christi amabilis, que erat dulcore graciosa, fuit sputis defedata ex sputo enim et sangwine decurrente de capite simul mixtis factus est aspectus horribilis, tamquam leprosus; iuxta illud Isaie 43^o: *Et nos reputauimus eum leprosum et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras et attritus est propter scelera nostra*¹⁷. Et quamquam sic viliter tractatum predictus propheta eum in persona omnium bonorum videre et considerare desiderauerat dicens vbi supra: *vidimus eum et non erat aspectus et desiderauimus eum; despectum, et nouissimum virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vltus eius et despectus*¹⁸, attamen mali de passione ingrati Christi, quorum multo maior est numerus quam bonorum, auerterunt ad eum *terga et non facies, Jeremie 2^o*¹⁹, nolentes considerare et recogitare in corde suo qualia iste speciosus pre filiis hominum ex nimia caritate, qua dilexit nos, sustinuerit pro eis factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Et quia nimis pauci sunt, qui recognoscunt quomodo speciosus pre filiis hominum factus sit obprobrium hominum, propheta hoc per verba premissa lamentabiliter conqueritur dicens: *Iustus perit*²⁰.

Et quis est, qui considerat sufficienter recogitans in corde suo, quomodo hodie Deus homo moritur iustus homo seducitur et iusticia deseritur. Certe nullus, aut rarus est, qui velit passionem Christi et eius mortem cordialiter recogitare, iustum hominem in sua iusticia, fideliter conseruare et iusticiam finaliter defensare. Et ergo bene dicitur: *Iustus perit et non est, qui recogitet*²¹, quia quod modicum est, quasi nihil esse videtur.

Dico primo, quod nullus vel rarus sit, qui velit Christi passionem ac eius mortem cordialiter recogitare, nam hoc a quibusdam reputatur inutile aut grossum, ac certe

⁶ Wspominana tu często „Sermo hodiernus” św. Bernarda z Clairvaux dotyczy wielkiej Środy. Z tej mowy Jan z Kwidzyna czerpał wiele cytatów.

⁷ S. Bernardus Claravallensis: jw. n. 10; PL 143, 268.

⁸ Tamże.

⁹ Tamże: n. 3; PL 133, 264.

¹⁰ Łk 23,28.

¹¹ Pnp 3,11.

¹² Por. S. Bernardus Claravallensis: Sermo VI in Vigilia Natiuitatis Domini n. 11; PL 183, 116.

¹³ Ps 8,6.

¹⁴ Mt 27,29.

¹⁵ Job 16,17.

¹⁶ Mdr 2,15.

¹⁷ Iz 53,4 n.

¹⁸ Iz 53,2 n.

¹⁹ Jer 32,33.

²⁰ Iz 57,1.

²¹ Tamże.

non necessarium, qui nec semel in die, immo nec in septimana, nec in mense, nec forte in anno curant cordialiter recognoscere, quantos labores Christus pertulit in predicando, quot vagaciones in ambulando, quod temptaciones (κ. 57 v c) in ieiunando, quantas vigiliās in orando, quantas lacrimas in compaciendo, quot convicia, sputa, flagella, irrisiones et obprobria in passione. De hijs enim ac alijs supplicijs Christi eorum minima est cura et modica uel vlla memoria. Psalmo 87^o: *Nunquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua, et iusticia tua in terra obliuionis?*²² quasi dicat: non. Nolentes aduertere doctrinam Apostoli ad Hebreos ultimo dicentis: *beneficenciam et communionis nolite obliuisci, talibus enim [[p]] hostijs promeretur Deus*²³. Et iterum sapiens dicit Ecclesiastici 29^o: *Graciam fideiussoris tui ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam [[t]] tuam*²⁴. Fideiussor noster Christus est, qui animam suam pro nobis dedit et hujus non debemus obliuisci. Et ergo dicitur prime Petri 1^o: *Non corruptibilibus auro et argento, nec lapidibus preciosis redempti estis de vana uestra conuersacione, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Ihesu Christi*²⁵, qui totus pro nobis effusus [[est]] fuit, propter quod eius corpus in cruce pendens adeo aridum et exsiccatum fuit, {ut in eius} persona [[m]] propheta diceret: *Ossa mea tamquam cremum aruerunt*; Psalmi 101^o²⁶ et alibi: *Aruit tamquam testa virtus mea*; Psalmi 21^o²⁷.

Respicite karissimi. Et ammonedo vos per aspersionem sanguinis Ihesu Christi, aspiciat — inquam — recogitantes cum vera contricione et cordis compassione Christi fideiussoris vestri sanguinem fluentem, ad Deum Patrem clamantem, non vindictam, ut sanguis Abel, Geneseos 4^o, sed misericordiam et peccatorum veniam. Vnde inquit Apostolus ad Hebreos 12: *Acessistis ad mediatorem Ihesum et sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel*²⁸. Sic utique ipsum vulneratum et crucifixum respicite recogitando, ut possitis dicere cum propheta: *Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum*; Psalmus 122^o²⁹. Et notanter dicitur ad dominum Deum, id est ad totum Christum, non solum ad maius, ut relique partes excludantur, sed ad totum Christum, cuius corpore totum precium redemptionis nostre effudit. Nam ad hoc videtur [[ad hoc]] nos sanguis iste ammonere (κ. 57 v d) fratris nostri Ihesu Christi ad nos clamans et hoc videtur nobis dicere Deus Pater, {secundum} illud Geneseos 4^o: *Ecce sanguis fratris tui clamat ad me de terra*³⁰. Et ipse dominus Ihesus, qui caro et frater noster est, secundum illud Mathei ultimo: *Nuntiate fratribus meis*³¹, videtur nobis illud Johannis 2^o dicere: *Infer digitum tuum huc et vide manus, affer manum tuam huc et mitte in latum meum et noli esse incredulus, sed fidelis*³² gracias agendo et cordialiter recogitando que et qualia et quanta, quod vir iustus, dominus tuus Ihesus passus est pro te. Ad hoc iterum ammonet nos per prophetam dicentem: *Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes; neque iniquitas mea, neque peccatum meum, domine; sine iniquitate cucurri et direxi*³³. Psalmo 21^o: *Ipsi uero considerauerunt me et inspexerunt*³⁴, quasi diceret, si hec illi me crucifigentes et contempnentes fecerunt, multo forcius vos christiani debetis ad me respicere, ut a peccatis vestris possitis liberari. Vnde Augustinus super Johannem: *Fratres ut a peccatis a sanemur, Christum crucifixum intueamur, (...) Quomodo qui intuebantur serpentem eneam in deserto non peribant morsibus serpentum; sic qui fideliter intuentur Christi mortem, sanantur a morsibus peccatorum*³⁵.

²² Ps 87,13.

²³ Hebr 13,16.

²⁴ Syr 29,20.

²⁵ 1 P 1,18 n.

²⁶ Ps 101,4.

²⁷ Ps 21,16.

²⁸ Hbr 12,22. 24.

²⁹ Ps 122,2.

³⁰ Rdz 4,10.

³¹ Mt 28,10.

³² J 20,27.

³³ Ps 58,4 n.

³⁴ Ps 21,18.

^a peccato.

³⁵ S. Augustinus: Tractatus in euangelium S. Joannis. tr. 12, cap. 3, n. 11; PL 35, 1490.

Cui concordat beatus Bernhardus in sermone hodierno³⁶: *Mordemur siquidem a serpentibus, prorsus male morituri, nec serpentem illum intueamur et vitaliter moriamur, peccato quidem moriamur et iusticie vivamus, nec mortem illam putemus, quia vila est. Verum, ut minus pauemus mortem, Christus pro nobis mortuus est extra ciuitatis, palam nos instruens et exemplo prebens, ut egrediamur castra, secum inproperium portantes; Hebrcorum 12^o 41. Ut cum Paulo clamare et veraciter dicere possimus: nichil me iudicauit^b scire inter vos, nisi Ihesum Christum et hunc crucifixum³⁶ Spontanee et non coacte cum ipso crucifixi, peccatis mortui, eamus ergo non pedibus sed affectibus et fidenter moriamur cum ipso. Scientes indubitantissime, nos tandem eius sanguine aspergendos et iustificandos. Sed heu, sed tempore passionis corporaliter eo relicto omnes fugerunt; Marci 14^o 39. Ut dicere posset illud Job 6^o: *Ecce (k. 58 r a) non est auxilium mihi, necessarii quoque mei recesserunt a me et sequitur et fratres mei preterierunt me*³⁹. Ita hodie audi Christum clamantem et dicentem Psalmi 87: *Elongasti a me amicum et proximum et notos meos a miseria*⁴¹. [[Notus]] *Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus (filiis) matris mee; psalmo 68^o 42. Nolite karissimi, nolite fugere Christum crucifixum solum in medio, in medio latronum derelinquere. Redite, obsecro, eamus et moriamur cum ipso, ne forte inproperando anime nostre dicat negligenti et eius passionem non recogitanti illud Ysaie 57^o: Mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens et quasi non videns*⁴¹, dissimulans punire peccata tua usque ad tempus, tamen postea punio gravius, et meis es oblita. Et subditur ibidem: ego *annunciabo iusticiam tuam semper*⁴¹, quam sine recordatione et merito passionis mee habes, quasi diceret: illa nulla est, et loquitur yronice, sicut fatuo dicitur: tu es [[sapiens]] multum sapiens. Et ergo dicitur ibidem: *opera tua non proderunt tibi. Nec inmerito, quia vocavi et renuistis, extendi manum, et non fuit, qui aspiceret, despexistis omne consilium meum et increpaciones meas neglexistis; ego quoque in interitu vestro ridebo et subsanabo, cum vobis quod li(mebatis) advenerit*⁴². Sed quid adueniet illis, Proverbiorum 1^o? Dolorem et laborem in meditando Christi passionem fugientibus, delicate et voluptuose viuentibus, dicitur illud Sapientie: *et vbicumque relinquamus signa leticie*⁴⁶. Et si excusantes se dicunt: „si debemus cottidie de Christi passione meditari, non possumus letari”, sed mentita est iniquitas sibi: ymmo possent, si spirituales essent et eis saperent que Dei sunt, propheta testante qui ait: *memor fui Dei et delectatus sum; (Psalmo) 76^o 47. Sed quia carnales sunt et in bonis ducunt dies suos, et in puncto ad inferna descendunt; Job 21^o 48. Vbi leticia momentanea erit tristitia [[srp]] sempiterna et in tenebris horribilibus obscurabitur insipiens cor eorum totaliter. Hic erat excecatum parcialiter, ubi perpetue non (k. 58 r b) erit requies, sed amplius labor et dolor, quia [[vo]] veniet mors super illos et descendet inferos, vnde [[et mors]] et in in inferno positi (sunt) mors depascet illos*⁴⁹. Ecce patet quod dominice passionis recordari a quibusdam reputatur invtile et onerosum, difficile et laboriosum, horribile et tediosum. Sed testatur dominus per prophetam dicentem: *Posuerunt**

³⁶ Informacja mylna. Por. natomiast: J 3,14; S. Augustinus: De peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum, l. 1, cap. 32, n. 61; PL 44, 145.

³⁷ Hbr 13,12 n.

³⁸ 1 Kor 2,2 n.

³⁹ Mk 14,50.

⁴⁰ Job 6,13. 15.

⁴¹ Ps 87,19.

⁴² Ps 68,9.

⁴³ Iz 57,11.

⁴⁴ Tamże: 12.

⁴⁵ Prz 1,24—26.

⁴⁶ Mdr 2,9.

⁴⁷ Ps 76,4.

⁴⁸ Job 21,13.

⁴⁹ Por.: Ps 48,15.

^b W rękopisie mylnie „indicauit”.

me abhominacionem sibi, foras fugierunt a me, et non est qui recogitet animam meam; Psalmo 87^o 50. Obstupescite celi super hoc et porte eius desolamini vehementer, dicit dominus; Jeremie 2^o 31, et ibidem: Quare dicit populus meus non ventemus ad te ultra. Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui et sponsa fascie pectoralis sui, populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris 51. O popule, scito et uide, quia malum et amarum est reliquisse dominum Deum et non esse timorem eius apud te, dicit dominus exercituum 52. Certe arguet te malicia tua, et auersio tua increpabit te; Jeremie ut supra 53; quia iustus perit et cetera 54. Hoc quantum ad primum.

Secundo dixi, quod rarus aut quasi nullus sit, qui uelit iustum hominem in sua iusticia fideliter conseruare, sed potius opprimitur, confunditur et a iusticia, si non factis, saltem uerbis derisui et subsanatorij ac despectui remouentur, et sic iustus perit et non est, qui recogitet 55. Augustinus libro *De uera innocencia* 56: Omnes qui uolunt uiuere in Christo necesse est, ut ab impijs et dissimilibus paciantur obprobria et despiciantur quasi stulti et insani. Deridetur enim iusti simplicitas, Job 12 57, affligitur et multipliciter tribulatur, ut quilibet iustus tunc cum Job posset dicere: Si iniustus sum, ue mihi est, et si iustus, non leuabo caput meum saturatus afflictione et miseria, Job 10 58. Multi namque superbia astuti, quos dominus Deus adhuc deprehendet in astucia sua, faciunt colligationes iniquitatis ut possint iustis et simplicibus dominari et hoc quod eorum est sibi usurpare, ut testatur sapientia increata, Sapientie 2^o, uerba illorum exprimens dicens: dixerunt impij apud se non recogitantes; exiguum et cum tedio est tempus uite nostre 59. Scilicet opprimamus pauperem iustum (k. 58 v c) nec parcamus uidue in ueterano, neque reueramur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iniusticie (...) circum ueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis et contrarius operibus nostris improperat nobis peccata legis 61 et reliqua multa de hoc. Et ecce quanta malignatus est inimicus in sancto: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis; cogitauerunt et locuti sunt nequiciam, (iniquitatem) in excelso locuti sunt, posuerunt in celum os suum; Psalmo 72^o 62. Nolunt hoc enim aduertere quod in hoc non solum hominem, uerum et dominum Ihesum hodie pro eis mortuum spernunt et persequuntur, [[de]] ipso dicente: qui uos spernit, me spernit, Luce 10 63. Bernhardus Sermone de conuersione sancti Pauli 64 dicit: Inpedire hominis salutem est persequi salutorem. Nam si Christus proprium sanguinem dedit in precium redemptionis animarum, cur non tibi uidetur maiorem e sustinere persecutionem ab eo, qui suggestio[nem]ne maligna, uicio d pernicioso uel exemplo scandali occasione auertit ab eo animas quas redemit, quam a Iudeo, qui sanguinem illum fudit? Agnoscite Deum, expauescite consortia eorum, qui salutem animarum impediunt. Horrendum penitus sacrilegium, quod et ipsorum uidetur excedere facinus, qui (in) dominum e maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Videbatur iam persecutionis cessasse tempus persecutionis, sed (ut) palam factum est, subdit: Numquam deest persecucio christiano, sed neque Christo. Et nunc, quod grauius est,

50 Ps 87,9; 30,12; por. Iz 57,1.

51 Jer 2,12.

52 Jer 2,31 n.

53 Jer 2,19.

54 Tamže.

55 Iz 57,1.

56 Tamže.

57 Prosperus Aquitanus: Sententiae ex Augustino delibatae XXXII; PL 45, 1862.

58 Job 12,4.

59 Job 10,15.

60 Mdr 2,1.

61 Mdr 2,10—12.

62 Ps 72,8.

63 Ek 10,16.

64 S. Bernardus Clarauallensis: Sermones de Sanctis: In conuersione S. Pauli. Sermo I, 2—3; PL 183, 361 n.

c grauiorem ab eo.

d exemplo.

e domino.

Christum persecuntur, qui ab eo christiani dicuntur. Amici tui, Deus, et proximi ad te appropinquauerunt et steterunt. Coniurasse contra te videtur vniuersitas populi Christiani a minimo usque ad maximum: a planta pedis usque ad verticem non est sanitas vlla: egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum. Non est iam dicere «Ut populus, sic sacerdos» (Iz 24,2), quia nec sic populus, ut sacerdos. Heu, heu! domine Deus, quia ipsi sunt in persecucione tua primi, qui videntur in ecclesia tua primatum gerere, diligere principatum. Arcem (k. 58 v d) Syon occupauerunt, apprehenderunt municiones et vniuersam deinceps libere et potestatiue tradent incendio ciuitatem. Misera eorum conuersacio, plebis tue miserabilis subuersio est. Eciam etenim merito causa Christus crudeliorem censet persecucionem pro acceptis beneficijs, et grauiorem sentit potestatem^f quam propriam g sustinet a ministris, licet alij quoque multi contra proximorum salutem multipharie, multisque modis et varijs occasionibus agere videantur. Hec videt Christus, et silet; hec saluator patitur, et dissimulat. Propterea dissimulemas et nos (...) ^h quia sic placet prelati nostris ut ipsi euadant humana nunc iudicia^l veniatque simul iudicium graue hijs, qui presunt et potenter paciuntur tormenta potentes. Hec Bernhardus⁶⁵. Et ecce patet secundum, quod rarus aut quasi nullus sit et cetera. Cum tam multi magni et parui insidiantur humana saluti. Et ergo dicitur Ysaie 57^o: vnde thema: *virī misericordie colliguntur de terra et non est, qui [[intendat]] intelligat a facie malicie collectus est iustus* ⁶⁶, Et hoc quantum ad secundum.

Dixi tercio, quod rarus, aut quasi nullus sit, qui velit iusticiam finaliter defensare, quia multi eius inpugnatores, pauci, aut quasi nullus, defensores. Et ergo dominus querens virum, qui poneret se sepem et murum pro iusticia, eam finaliter defensando et non inueniens dicit: *non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israhel, ut staretis in prelio in die domini: Ezechielis 13^o* ⁶⁷. Sed forte aliquis tacitus se excusando cogitaret: si ego deberem me viriliter pro iusticia opponere et finaliter defensare, non retinerem panem, vnde sustinere possem uel sustentari, non cogitans dictum prophete veridicis dicentis: *Junior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem;* Psalmo 36^o ⁶⁸. Et talis etiam immemor est patrum suorum sanctorum precessorum, qui uel de contingentibus obmiserunt contra iusticiam, et tamen nec siti, nec fame perierunt. Hoc est quod dominus per prophetam Jeremiam 22^o dicit: *Pater tuus nunquam comedit et bibit, et fecit (k. 59 r a) iudicium et iusticiam tunc, cum bene erat et. Iudicavit causam pauperis et egeni in bonum suum, nunquid non ideo, quia cognouit me? dicit dominus. Tui vero oculi et cor ad auariciam et ad sanguinem innocentem fundendum et ad calumpniam et ad cursum mali operis* ⁶⁹. Sic proch dolor, venerunt tempora, in quibus refriguit caritas et habundavi iniquitas, in quibus homines secundum Apostolum *que sua sunt querunt, non que Ihesu Christi* ⁷⁰, in quibus etiam quasi omnes auaricie student, secundum illum Jeremie prophete 6^o ⁷¹. *A minori usque ad maximum, a propheta usque ad sacerdotem et cuncti faciunt dolum* ⁷². Et ergo bene dicitur Osee 4^o: *Audite verbum domini, filij Israhel, quia iudicium domino cum habitatoribus terre; non est enim veritas, et non est misericordia, et non est sciencia Dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inuindauerunt et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis, qui habitat in ea* ⁷³. Et sic i patet

⁶⁵ Tamže.

⁶⁶ Iz 57,1.

⁶⁷ Ez 13,5.

⁶⁸ Ps 36,25.

⁶⁹ Jer 22,15—17.

⁷⁰ Flp 2,21.

⁷¹ Jer 6,13.

⁷² Tamže.

⁷³ Oz 4,1—3.

^f pro potestate.

^g propriis.

^h quoque necesse est, et sileamus interim, maximeque de prelati nostris, magistris ecclesiarum.

^l iudicia nunc humana.

J W rękopisie „Et sic” odpisane mylnie jako „etc” (= et cetera).

tercium, quod raro, aut nullus quasi sit, qui uelit cordialiter cogitare, quomodo finaliter posset [[colligere]] iusticiam defensare, ideo iustus, id est iusticia[t], perit etc.

Ex premissis ad thema propositum [concludere] possumus colligere: Primo, quia pauci, aut quasi nulli sunt passionem Christi et eius mortem cordialiter recogitantes, multi autem misericordiam eius obmittentes. Secundo, quia aut quasi nulli sunt, qui hominem iustum in sua iusticia fideliter conseruent, plures autem et quasi omnes eum a iusticia removentes. Tercio, quia pauci, aut quasi nullus sit iusticiam defensans, vniuersi aut nimis multi eam perire permittentes. Et ergo bene potest concludi: *Iustus perit et non est qui recogitet*⁷⁴. Et cetera. Perit enim iustus Christus quo ad sui passionis commemoracionem, perit iustus homo quo ad iusticie conseruacionem et perit iusticia per negacionis defensacionem. Concluditur ergo: *iustus perit et cetera*⁷⁵.

In quibus verbis tria possumus considerare, que erant in Christi passione: nam ibi erat crudelitas, peruersitas et acerbitas. Nam ibi reperitur crudelitas occisoris, quia *iustus perit*; peruersitas peccatoris, quia *non est qui* [qui] *recogitet*, acerbitas redemptoris, et hanc *in corde suo*⁷⁶. Crudelitas occisoris ostendit operis perpetrati turpitudinem, quia *iustus perit*⁷⁷, vnde Ecclesiastici 33^o: *contra virum iustum peccator est*⁷⁸; (k. 59 r b) et Ecclesiastes 7^o: *Iustus perit in iusticia*⁷⁹ et cetera. Peccatoris peruersitas ostendit hominis liberati ingratitudinem, quia *non est qui recogitet*⁸⁰, sed *auertentur sensum suum et declinauerunt oculos suos ne recordarentur iudiciorum iustorum*; Daniel 12^o. Acerbitas redemptoris ostendit hominis incarnati amaritudinem, quam habet *in corde suo*⁸². Vnde Jeremie 8: *ait dominus, dolor meus super dolorem, in me cor meum merens*⁸³.

Dico primo, quod hic innuitur vnum quod fuit tunc in Christi passione, videlicet crudelitas occisoris, que ostendit operis comissi turpitudinem, cum dicitur *iustus perit*⁸⁴. Hec autem operis turpitude, qua Christus iustus perit, specialiter in duobus nunc apparebit; videlicet quia ignominiosissimo genere occisionis perijt et inter latrones sceleratissimos pependit, sed hoc sapientia increata predixit in persona malorum, Sapientie 2^o: *Morte turpissima condemnemus eum*⁸⁵. Primum sic patet, quatuor genera occisionis fuerunt a lege determinata secundum Allexandrum et Deuteronomii 22^o. De cremacione habetur Leuitici 21, de gladiacione autem cremacio, gladiacio et suspensio. De lapidacione Exodi 19, Leuitici 24^o, Numeri 14 Deuteronomii 20, sed de suspensione in ligno crucis Deuteronomii 21^o⁸⁷. Et hec quatuor genera occisionis fuerunt a lege determinata secundum Allexandrum de Hayl in tercia parte Summe⁸⁸, ubi tractat de preceptis iudicialibus legis, secundum quatuor condiciones pene, que sunt inductive timoris et fuge illius, pro quo pena infligitur. Quarum prior est pene diuturnitas⁸⁹ et ita sunt in delapidacione, qua blasphemus nominis domini debebat perire, Leuitici 24^o⁹⁰. Secunda est pene acerbitas. Hec fuit in cremacione, que est genus martirij acerbissimum de lege communiter currente quo sacerdotalis filia in stupro deprehensa debebat puniri, Leuitici 21^o. Tercia est pene irremediabilitas, et hec fuit in gladiacione,

⁷⁴ Iz 57,1.

⁷⁵ Tamže.

⁷⁶ Tamže.

⁷⁷ Tamže.

⁷⁸ Syr 33,15.

⁷⁹ Ekl 7,16.

⁸⁰ Iz 57,1.

⁸¹ Dn 13,9.

⁸² Iz 57,1.

⁸³ Jer 8,17 n.

⁸⁴ Iz 57,1.

⁸⁵ Mdr 2,20.

⁸⁶ Wj 19,13; Kpl 24,14; Lb 16,32; Pp 22,21.

⁸⁷ Kpl 21,25; Pp 20,13; 21,22.

⁸⁸ Por. Alexander Hallensis: Summa Theol. p. III, q. 34 i 47.

⁸⁹ Por. S. Bonaventura: De perfectione vite ad sorores cap. 6,3.

⁹⁰ Kpl 24,21.

⁹¹ Kpl 21,9.

Deuteronomii 20⁹². Quarta est pene ignominiositas seu vilitas, que erat in suspensione, quam lex excogitavit fieri in patibulo cum crucifixione, quod est ignominiosissimum mortis genus, Deuteronomii 21 videlicet dicitur: *Maledictus a Deo est, qui pendet in ligno*⁹³; ibi etiam fiebat membrorum distansio (k. 59 v c) et neruorum distinctio, in quibus est maxima dolorum acerbitas et pene diuturnitas. Hoc genere ignominiosissimo voluerunt Christum mori crucis in patibulo, in quo secundum Apostolum ad Galathas 3^o *nos de maledicto legis redemit, factus pro nobis maledictum*⁹⁴. Similiter dicit: 2 ad Corinthios 5: *eum qui (non) nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum*⁹⁵, scilicet penam peccati uel hostiam pro peccato. Erat autem conueniens Christum pati mortem crucis multiplici de causa, secundum Thomam in tertia parte, questione 46, articulo 4^o⁹⁶. Primo propter *exemplum virtutis*, vt homines non solum ipsam mortem non timeant, sed et ne genus mortis⁹⁷ perhorrescant, et quia inter omnia genera mortis nullum erat execrabilius et formidabilius morte crucis, quam Christus elegit. Ideo in hoc ostendit homini recte viventi nullum genus mortis esse metuendum. Secundo hoc conueniens fuit secundum Chrisostomum Super Joannem 3^o *Oportet exaltari filium hominis, ut aerem sanctificaret, qui terram sanctificauerat*⁹⁸ in ea perambulando. Caput Christo non amputabatur ut Johanni, neque sectus est ut Isaias, neque excoriatus ut Bartholomeus, ut corpus integrum morti seruaret et non fieret occasio ecclesiam diuidere volentibus. Tercio, quia hoc genus mortis pluribus correspondent figuris, secundum Augustinum de passione⁹⁹: *De diluuiio aquarum humanum genus archa lignea liberauit. De Egipto Dei populo recedente, Moyses virga mare diuisit, pharaonem prostrauit, et populum Dei redemit; idem Moyses [[virga mare]] lignum in aquam misit et amaram aquam in dulcedinem commutauit; ex lignea virga de spiritali petra salutaris vnda profertur; ut Amalech vinceretur, contra virgam Moyses expansis manibus extenditur, et lex Dei arche testamenti creditur lignee; ut hijs omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus veniatur*¹⁰⁰. Et sic patet primum, videlicet quia ignominiosissimo genere occisionis in crucis patibulo Christus mortuus fuit, et sicut congruum fuit Christum in cruce mori, ita congruum erat ipsum inter latrones suspendi, cum quibus tamen non meruit, sicut nec mortis debitum habuit, quam volumptarie (k. 59 v d) subiijt, ut sua morte, ymmo virtute, nostram vinceret mortem; hoc autem congruit. Sanctus Thomas parte et questione ut supra, articulo undecimo¹⁰¹, ex sanctis doctoribus ponit tres causas, quarum prima est Jeronimi Super Matheum dicentis: sicut *pro nobis maledictum crucis factus est Christus*¹⁰², hoc etiam maledictum {crucis} sustinuit pro nobis [[Christus]], sic *pro omnium salute inter noxios quasi innocuus crucifigitur*¹⁰³. Secunda est Leonis pape in Sermone de passione et Augustini Super Johannem¹⁰⁴. Nam in hoc figura futuri iudicij designatur, in quo qui[s] a[d] dextris [[erit]] erunt liberabuntur, sed qui a sinistris dampnabuntur; Mathei 27¹⁰⁵. Tertia est Bede Super Matheo dicentis, quod *latrones, qui cum domino crucifixi sunt, signant eos, qui sub fide et confessione Christi moriuntur, uel quelibet alia arcioris discipline instituta subeunt, sed qui hec pro eterna gloria gerunt, dextri latronis fide signantur, qui*

⁹² Pp 20,13.

⁹³ Pp 21,23.

⁹⁴ Gal 3,13.

⁹⁵ 2 Kor 5,21.

⁹⁶ Thomas Aquinas: Summa Theol. p. III, q. 46, a. 4, c.

⁹⁷ Tamże.

⁹⁸ Theophylactus: In Joannis Evangelium Enarrationes, super 3,14; PG 123, 1209 C. Jan z Kwidzyna korzystając ze św. Tomasza jw. przypisał słowa Teofilakta św. Janowi Chryzostomowi.

⁹⁹ Augustinus: Sermo 32, al. 101 de Tempore, n. 4; PL 39, 1809.

¹⁰⁰ Według Thomas Aquinas; jw.

¹⁰¹ Thomas Aquinas: jw. a. 11.

¹⁰² S. Eusebius Hieronymus: Commentariorum in Evangelium Mathaei lib. 4, cap. 27, vers. 27; PL 26, 217 n.

¹⁰³ Tamże.

¹⁰⁴ S. Leo Magnus: Sermo 52, cap. 4; PL 54, 316 A. — S. Augustinus: Tractatus super Johannem 31, n. 11; super 7,36; PL 35, 1642.

¹⁰⁵ Mt 27,38.

vero^k humane laudis intuitu, (...) ¹ sinistri latronis mentem imitantur et actus¹⁰⁶. In hac etiam crucifixione in medio latronum Christus dominus ostendit sue passionis efficaciam. Vnde Crisostomus Super Johannem: *latronem convertere, et in paradysum introire^m non fuit minus, quam petras contundereⁿ*¹⁰⁷. Cui concordat Augustinus libro 2^o Questionum ewangeliorum, questione 47 dicen[ti]s: *Facilius est Christum pro dilectoribus seculi pati, quam dilectores seculi conuerti ad Deum*¹⁰⁸. Et reuera hodie cor humanum omni lapidum duricia durius est, quod [[a tanti]] ad tanti commemoracionem piaculi nec terrore concutitur, nec compassione afficitur, nec compuncione scinditur, nec pietate molitur. Anima enim, que hodie [[peribit de populo suo, quam propter]] non fuerit afflicta, peribit de populo suo. Quapropter, o christiane, hodie compassionem ostende mente et corde. Et si mente non uales, saltem exhibere corde non cesses nudis pedibus ambulando, grossis [[et atteris]] et attritis vestibus, demisso capite incedendo. Nam hodie filius regis mortuus est, et quia magnus princeps non pro se, sed pro te. Sed {Caritas uestra} aduertat (k. 60 r a) caritas uestra, quanta fuerit crucifigencium Christum in opere turpitudi, seu peccati magnitudo. Nobis maior^o uidetur esse in obmissione passionis ingratitudo, dicente Ieronimo super Matheum¹⁰⁹. Omnis creatura compatitur Christo morienti, sol obscuratur, terra movetur, petre scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus moritur. Et per hoc venio ad secundum, quod dixi et cetera. Et ecce quanta nostra ingratitudo.

Dixi secundo in verbis premissis etc. innuitur peccatoris peruersitas, quam ostendit hominis ingratitudo, quia *non est qui recogitet*¹¹⁰; scilicet qualia et quanta sunt beneficia sibi prestita, vt domino seruiat et gracias agat, et quia hoc non solum obmittit vnus, sed quasi omnis populus. Sed dominus eis et omnibus sibi ingratil improperat dicens: *Popule meus, quid feci tibi? aut in quo molestus fuit tibi? responde mihi*; Michce 6^o¹¹¹. Quod tractans beatus Bernhardus in libro de vita clericali¹¹² capite 42^o: *Popule meus, [[quid]] ait dominus, quid debuisti facere et non feci. Quid cause est, quod [[ini]] inimico meo et vestro^p libet seruire quam mihi. Neque enim ille creauit vos, sed nec pascit quidem, aut tempora uestra ipse disponit. Si parua redempcionis beneficia videntur hec ingratil, non ille sed ego redemi vos. Sed quo precio: non vtique corruptibilitibus auro et argento, non sole et luna, non saltem aliquo angelorum, sed proprio cruore vos redemi. Ceterum sed^r neque tam multiplici iure debitum a vobis elicere est famulatum retribuicionis habundancij, obmissis hijs omnibus mecum saltem ex diurno denario conuenit: nichil vobis ille nocuerit, nichil ipse videar profuisse, ei obtemperate qui plura vobis et paciora pollicetur, apud quem cercior copiosiorque remuneracio est; vt illud quoque benignissima miseratione dissimilem, quod uestrorum bonorum non egens, vobis tantummodo velim esse consultum, ne presencia suscipere detrectetis que nunc offero [[bona]] gracie dona: futuris glorie muneribus eadem coronanda promittens. Quid ad hec consciencia humana respondet. Cum improperari ceperit(n)t (k. 60 r b) hec in die iudicij, quomodo miseri sustinebunt. Quid excusacionis habere poterunt de peccato. Hec sententia 3 beati Bernhardi 43^o¹¹³. Nunc il se*

¹⁰⁶ Beda Venerabilis: In Mathaci Evangelium expositio, l. 4, cap. 27; PL 124 B.

¹⁰⁷ Chrisostomus: Homilia 85 (84) n. 1; PL 59, 460.

¹⁰⁸ S. Augustinus: Quaestionum ewangeliorum libri duo, q. 47; PL 35, 1360.

¹⁰⁹ Por. S. Eusebius Hieronymus: Commentariorum in evangelium Matthei, l. 4, cap. 24, vers. 29; PL 26, 179 n.

¹¹⁰ Iz 57,1.

¹¹¹ Mich 6,3.

¹¹² S. Bernardus Claravallensis: Super evangelio „Ecce nos reliquimus omnia” — Declamationes. Divi Bernardi Abbatis Clarevallensis... Opera omnia. Lugduni 1530 k. 289 a.

¹¹³ Tamżc.

k sive.

¹ seu quolibet minus digna intentione mundo abrenuntiant.

^m inducere.

ⁿ concutere.

^o Pisarz kodeksu mylnie odpisał „minor”.

^p utroque.

^r si.

excusant dicentes: «bonus est Deus et misericors qui non vult mortem peccatoris, quia vt viveret mortuus est. Magna quidem eius est promissio, sed longa nimirum dilacio et molesta exspectacio. Terrenam deserere sortem et nondum celestem obtinere, affliccio est intollerabilis est inconsolabilis dolor. Quod accelerare, necesse est vt miseria prolongetur. Sufficit in senectute Deo seruire, uel saltem in hora extrema agere penitentiam cum latrone». Sed hec prorsus miserabilis et seductoria est cogitacio: omittere tanta tempora, perdere tanta temporis lucra; nihil preciosius tempore. Sed heu hodie, nihil vilius reputatur {quam} dies salutis, transeunt et nemo recogitat. An putas vt abreuiata sit manus domini, vt centum annorum possit renumerare laborem? Sede et compta, quid singulis diebus acquirere valeas et certus sis nullum donum, eciã minimum, esse irremuneratum. An potius vis habere tempus solacij et agere secundum tuam, ne dicam volumptatem, sed voluptatem? Rursus malis operibus Christum crucifigendo certus sis peccatum ingratitude esse grauissimum peccatum, sicut et Iudeorum Christum crucifigendum, quorum peccatum quo ad genus peccati fuit grauissimum, vnde Crisostomus super illo Mathei 23^o 114.

Ecce homo; Johannis 19^o 115. Homo Christus nobis ostenditur vt miserabilis propter illusionem multiplicem contristabilis propter passionis sue acerbitem, et amicabilem propter nostre salutis vtilitatem. De primo Trenorum 2^o: *Plausurunt super te manibus omnes transeuntes per viam saluauerunt s et mouerunt* [[caput]] *capita sua* 116, dicentes: *Wach, qui destruis templum Domini, et in triduo illud reedificas!* 117 *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, si rex Israhel est descendat nunc de cruce* 118 *et alia multa blasphemantes dixerunt in eum; Marci* 119. (k. 60 v c). *En ista est dies, quam expectabamus:* Trenorum 2^o 120. Et ecce homo Christus nobis ostenditur vt miserabilis etc. De secundo, psalmo: *Repleta est malis anima mea* 121; glossa Augustini 122: *Non vicijs et peccatis repleta {fuit} anima Christi, sed malis humanis, penis et doloribus;* unde Trenorum 3^o: *Replevit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio* 123; et ecce secundum propter quod Christus homo nobis ostenditur vt contristatus et cetera. Ecce homo tibi, illud dicitur Trenorum tercio: *recordare paupertatis, transgressionis, absinthij et fellis* 124, et: *deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem; non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui* 125. De tercio. Johannes Damascenus super illo Ysaie 32^o: *Dabo clauem David super humerum eius* 126. Dicitur sangwis Christi clauis 3 paradisi, non claudens paradysum sed aperiens. Nam virtute sangwinis Christi pro nobis effusi, nobis aditus celestis regni aperitur. Hanc autem clauem super humerum suum nosuit, quando ex nimia caritate, qua dilexit nos, crucem proprijs humeris baiulauit. Et ecce homo amabilis propter nostre salutis vtilitatem, qui dicit tibi, anime deuote, illud Canticorum 8^o: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dileccio* 127 quasi diceret [[super caput]] sicut fortis fuit dileccio mea, ita sit et tua, vt ex dileccionis uehementia fiat ymaginis mee et passionis mee in te impressio. Ideo notanter dico: ecce homo bone me ut signaculum et cetera. Respiciamus igitur dilectissimi in obiectum, quod nobis proponitur, ut condoleamus et feruentissime diligamus, ne cogatur iterum illud dicere psalmi 97: *Sustinui, qui simul mecum contristaretur, et non fuit* 128 et quia sicut fuerint ingrati, Deo displicebant et gratiam, quam alias accepturi erant uel fuissent.

114 Mt 23,34.

115 J 19,5.

116 Lam 2,15.

117 Mt 27,40.

118 Mt 27,42.

119 Łk 22,65.

120 Lam 2,16.

121 Ps 87,4.

122 Por. S. Augustinus: Enarrationes in Ps. 87,3; super V,4; PL 31,110 n.

123 Lam 3,15.

124 Lam 3,19.

125 Lam 2,18.

126 Jz 22,22.

127 Pnp 8,6.

128 Ps 68,21.

6 *Wulgata: „sibilauerunt”.*

non accipiebatur. Vnde Augustinus libro Soliloquiorum, capite 17^o: *Scio quod ingratitude displicet tibi, que radix tocius (k. 60 vd) mali est^t, et ventus quidam exciccans^u et vrens omne bonum, obstruens fontem divine misericordie super hominem: qua eciam mala iam mortua oriuntur, et viua iam opera moriuntur et bona ultra non adipiscuntur*¹²⁹. Et quia eorum peccatum ex sola ingratitude non aggravabatur, sed etiam ex hoc, quod non recogitabant in corde suo qualis iste esset qui paciebatur. Nam ille fuit, qui peccatum non habuit, in quo plenitudo diuinitatis habitabit, qui mundum sibi reconciliauit et plenitudinem gracie habuit, qui eis ex invidia et odio traditus et occisus fuit et ex hoc eorum peccatum fuit grauissimum quo ad genus peccati. Vnde Chrisostomus super illo [[verbo]] Mathei 23^o¹³⁰ *vos implete mensuram patrum vestrarum — dicit — quantum ad ueritatem mensuram patrum suorum excesserunt. Nam illi homines occiderunt: isti crucifixerunt Deum*¹³¹. Et hoc secundum sanctum Thomam in tercia parte, questione 46^a, articulo ultimo¹³² de principibus et maioribus Iudeorum intelligendum est, qui Christum cognouerunt esse Messiam promissum in lege, quia illius signa euentissima habuerunt, quibus tamen propter odium et inuidiam assentire noluerunt, ut filium Dei naturale crederent, vnde idem Crisostomus¹³³ ibidem super illo Mathei 22^o¹³⁴: *Agricole, videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, venite occidamus eum. Manifeste — inquit — dominus probat Iudeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Intellexerunt enim illum esse, cui Pater per prophetam dicit: «Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam»*¹³⁵. Huic concordat illud Iohannis 16^o: *Si non venissem et locutus eis fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusacionem non habent de peccato suo*¹³⁶. Postea subdit: *Si opera non fecissem in eis, que nemo alius fecit, peccatum non haberent*¹³⁷. Et sic patet secundum sanctum Thomam, quod maiores Iudeorum cognouerunt Ihesum esse Christum. Minores tamen populares, qui scripturam non nouerant, cum esse Christum in lege promissum non cognouerunt. Et ergo dicit Petrus: Actuum 3^o: *Scio fratres, quod ignorantia fecistis, sicut et principes vestri*¹³⁸, quorum aliqui secundum Thomam forte seducti erant sicut minores, et cum esse Christum ignorantes (k. 61 r a) non ex ignorantia affectata in mortem Christi consencientes, illorum peccatum in aliquo diminuebatur, licet grauissime peccauerunt quo ad genus peccati. Vnde super Luce 23^o: *Pater, dimitte illis; quia nesciunt quid fecerunt*¹³⁹, dicit Beda: pro illis rogat qui nescierunt quod fecerunt¹⁴⁰, zelum Dei habentes, sed non secundum scienciam. Multo autem magis fuit excusabile peccatum gentilium per quorum manus Christus crucifixus est, qui legis scienciam non habebant. Peccatum Jude, qui ex cupiditate, et principum, qui ex odio et invidia tradiderunt Christum, erat maximum, grauius peccato Pilati, qui ex timore cesaris occidit. Et ergo dicitur Iohannis 19^o¹⁴¹: *Qui tradidit me tibi maius peccatum habet*, eciam quam peccatum militum, qui ex mandato presidis Christum crucifixerunt, non ex cupiditate sicut Judas, uel ex odio uel invidia, sicut principes. Hoc idem beatus Bernhardus sermone hodierno¹⁴² ostendit, quod peccatum Christum occidencium fuit grauissimum,

¹²⁹S. Augustinus: Soliloquiorum animae ad Deum liber unus, cap. 18; PL 40, 879.

¹³⁰Mt 23,32; Chrisostomus: Opus imperf. in Matth., hom. 45; PG 56,888.

¹³¹Tamže.

¹³²S. Thomas Aquinas: Summa Theol. p. 2, q. 47, a. 6.

¹³³Por. Rabanus Maurus: In Matth., l. 6, super 21,30; PL 107,1051 A.

¹³⁴Mt 22,38.

¹³⁵Ps 2,8.

¹³⁶J 15,22.

¹³⁷J 15,24.

¹³⁸Dz 3,17.

¹³⁹Łk 23,34.

¹⁴⁰Beda Venerabilis: Expositio super Lucam, l. 6; PL 92,616 D.

¹⁴¹J 19,11.

¹⁴²S. Bernardus Claravallensis: In feria IV Hebdomadac sanctae sermo n. 7; PL 183,266.

^t spiritualis.

^u desiccans.

dicens: *singulare est peccatum, quod commissum est in dominum Deum, cum viri impij virum iustum iniuste occiderunt, sacrilegas manus in ipsum Dei filium iniecerunt crudelissime: homicide, ymmo si fas est dicere, deicide; quod omne ad illud, quasi diceret comparative, nihil. Et subdit: ad hoc peccatum expalluit et expavit tota mundialis machina et pene in antiquum chaos omnia sunt revoluta. Ponamus — dicit Bernhardus — aliquem de regni principibus terram regiam depopulasse in vastitate hostili: ponamus alium, qui vnicum filium regis cum in convivio esset proditorie suffocavit v. Numquid non primus respectu secundi innocens videbitur et immunis? Sic est omne peccatum quantum ad hoc peccatum: quod in Christum est commissum et tamen hoc in se Christus pertulit, qui seipsum fecit, id est hostiam seu penam pro peccato. Unde Ysaye 53^o: Peccatum^w multorum tulit et pro transgressoribus¹⁴³ exoravit^x, ut non perirent. Dicens: Pater ignosce istis, quia nesciunt quid faciunt¹⁴⁴.*

O quam multum es domine ad ignoscendum. O quam magna multitudo dulcedinis tue domine! O quam longe cogitationes (k. 61 r b) tue cogitationibus nostris! O quam firmata est super impios misericordia tua! Mira res est! Ille clamat: ignosce! Judei: crucifige (J 19,15). Molliti sunt sermones eius super oleum, et ipsi sunt iacula. O caritas pocius et y compaciens! O caritas benigna (1 Cor 13,4) et habundans, vincens in bono malum (Rom 12,22)¹⁴⁵. O uerbum locius dulcoris et venie; Pater ignosce illis. O uerbum locius amoris et gracie: hodie mecum eris in paradyso¹⁴⁶. Respice nunc o homo et cogita bonitatem redemptoris tui, insuper et eius passionem ne sis ingratus. Alioquin et exquiretur a te sanguis iustus, qui effusus est super terram, nec immunis eris ab illo — causa singulari — scelere iudeorum, quod videlicet tante [[ingratitude]] caritatis ingratus fueris, quod spiritui gracie contumeliam feceris, quod sanguinem testamenti [[feceris]] pollutum duxeris et filium Dei conculcaueris. Ne hoc malum ingratitude incurras, ad dominum clama, ut consimiliter pro te oret et te misericorditer respiciat, qui pro suis crucifixoribus oravit et petrum negantem misericorditer respexit. Nec in aliquo de inpetratione dubites, quia non est ratio, dum hec fecerit passionis sue tempore, vt nunc cesset hoc agere in sue passionis commemoratione, scilicet in omnes qui crucem suam tollunt et carnem suam in compassione volumptarie crucifigunt.

Dixi tercio etc. Innuitur acerbitas redemptoris et hanc ostendit incarnati hominis [[ingratitude]] amaritudo, quam habuit in corde suo dominus Christus. Fuit enim dolor passionis eius acerbissimus et hoc [[patet]] potest anima Christi caritate vulnerata optime cognoscere, si ita attente considerauerit, que doloris passionem acerbiorum reddunt. Hec autem tria sunt, videlicet causa passionis, modus paciendi et condicio patientis. {Bonaventura: super tertia, d. 16¹. Si considerauerit causam ob quam Christus passus est, inueniet in Christo doloris passionem fuisse ualde raganam, quia non paciebatur pro culpa sua propria, ymmo pro aliena, non pro amicis tantum, sed et pro inimicis et etiam pro hijs, quos videbat ingratos. Et hoc auxit ualde eius passionis [[eius]] acerbitatem. Nam propter hoc fleuit in cruce, scilicet pro peccatis nostris, non pro penis sui corporis. (k. 61 v c) Vnde Apostolus ad Hebreos 5^o: Cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reuerencia¹⁴⁷. Et huic concordat beatus Augustinus Super psalmo 68, super primo versu: «Quoniam propter te sustinui obprobrium»¹⁴⁸ dicens: Nichil mihi magni quod sustinui, sed quod propterea sustinui¹⁴⁹. Et de hoc Philippus Cancellarius Parisiensis¹⁵⁰ in quadam prosula nota)bili et devota, ut allegat Bonaventura tercio Sententiarum, distinctione 16 in fine sic dicit:

¹⁴³ Iz 53,12.

¹⁴⁴ Ek 23,34.

¹⁴⁵ S. Bernardus Claravallensis: jw. n. 9; PL 183, 267.

¹⁴⁶ Ek 23,43.

¹⁴⁷ Hebr 5,7.

¹⁴⁸ Ps 68,8.

¹⁴⁹ S. Augustinus: Enarratio in ps. 68,12; PL 36, 850.

¹⁵⁰ Por. S. Bonaventura: In III Lib. Sent. d. 16, a. 2, q. 3, conc.

v qui cum esset de convivio et consilio regis vnicum ejus filium proditorie suffocavit.

w peccata.

x Wulgata: „rogavit“.

y sed et.

*O homo, uide quid pro te pacior,
Ad te clamo, qui pro te morior,
Vide penas quibus afficior,
Vide clauos quibus confodior,
Cum sit tantus dolor exterior,
Interior tamen planctus est grauior,
Tam ingratum dum te experior*¹⁵¹.

Ex hoc patet quod ex nostra ingratitudine grauior et maior dolor fuit in Christo saltem intensiue etc. Si autem considerauerit modum, quo nempe Christus dominus paciebatur, intelliget passionis uehementiam et passionem fuisse acerbiozem extensiue [[cum]] Psalmo 87^o: *Omnes fluctus tuos induxisti super me*¹⁵², tum propter generalitatem, quia in omnibus membris affligebatur, tum propter continuitatem, quia eius suspendium continuabatur et clauis adeo affligebant pendentem sicut affligebant, sicut quando manus et pedes eius confodiebantur, in quibus maxima erat afflictio propter neruos et masculos ibidem concurrentes, in quibus precipue uiget sensus. Vnde huius afflictionem Christus uolens ostendere dicit: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea*¹⁵³. Si autem oculum considerationis anima Christi sanguine ex compasione conspersa fuerit ad considerationem domini Ihesu patientis, iterum maximam inueniet in eo afflictionem propter maximam eius complexionis equalitatem et sensus uiuacitatem. Vnde, quia nullus potuit ei coequari, nec in qualitate complexionis a teneritudine, neque in sensus uiuacitate, dolor eius omnium dolorum fuit acutissimus. Et ergo clauus ferreus multo acucius afflixit, quam ignis sancti Laurentij et quam multiplex passio sancti Vincencij, neque excoriatio tam acute puniuit sanctum Bartholomeum predictis de causis, et ex hoc quia (k. 61 v d) in alijs sanctis aliquando dolor minuebatur ex rationis redundantia vires inferiores. Hoc autem non fiebat in Christo, in quo fructio deliciosa in nullo miligabat pene acerbiter. Et ita uidebatur eius humanitas penitus derelicta, ut clamaret et diceret: *Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti*¹⁵⁴. Et iterum uolens sue passionis maximam acerbiter ostendere, qua maiorem in hac uita nulla umquam habuit, quam tamen uoluptarie assumpsit, dicit Threnorum 1^o: *O uos omnes, qui transitis per uiam, attendite et uidete, si est dolor sicut dolor meus*¹⁵⁵. Quod beatus Bernardus tractans in sermone hodierno¹⁵⁶. *O uos omnes, qui transitis per uiam*¹⁵⁷ *non attenditis, quod ego innocens occisus sum pro uobis. Attendite queso dolorem meum, quo doleo manus, doleo pedes, doleo et latus perforatum. Non solum hec attendite, sed quod pacior pro uobis, et uobis uestigia relinquere salutis, et uos per latam huius mundi uiam itis. Si uultis uenire post me, tollite crucem uestram et sequimini me*¹⁵⁸. *Sed, ut uideo, nec redientem attenditis, nec instrumentem. Me quoque post dorsum uiuum clamantem non attenditis. Ergo uidete quod non inmerito, non est dolor sicut dolor meus, pro eo quod erratis et ad infimum reditis, pro quorum animabus tradidi in mortem animam meam. O dolor super dolorem, eo quod in escam meam datis fel et in siti mea potatis me aceto*¹⁵⁹. *Vestram enim salutem uolui refici. Sed, proch dolor, uestram ingratitudinem, amarius quidem quam in passione bibi.* Hanc Bernardus. Absit hec ingratitudo a nobis, dilectissimi, respiciamus hodie in faciem Christi [[plenam]]: quis, qualis, quantus, et quam misericors sit, qui pro nobis in cruce pependit et inuenimus quod nihil misericordius potest inueniri, dicente Augustino¹⁶⁰: *Cur, quando et quomodo Deus homo, capite 9^o: Gracias Deo omnipotenti agimus, quia sicut grauius cecidimus, ita mirabiliter releuati sumus et misericordiam omne debitum transcendentem pro mediatoris morte reperimus. Nempe quid misericordius intellegitur, uidelicet quam quod peccatori dampnato et eternis tormentis deputato et vnde se*

¹⁵¹ Tamże.¹⁵² Ps 87,8.¹⁵³ Ps 21,17 n.¹⁵⁴ Mt 27,46 i Mk 15,34.¹⁵⁵ Lam 1,12.¹⁵⁶ S. Bernardus: Claravallensis: jw. n. 10: PL 183, 268.¹⁵⁷ Lam 1,12.¹⁵⁸ Por. Mt 16,24.¹⁵⁹ Por. Ps 68,22.¹⁶⁰ Informacja mylna. Por. S. Anselmus: Cur Deus homo, l. 1,19; PL 158, 390.

redimat non habenti. Deus Pater dicit: accipe filium meum vnigenitum et da pro te, (k 62 r a) et ipse Filius: tolle me et [[da]] redime te. Quasi enim hec dicunt, quando homines ad christianam fidem vocant et trahunt. Hec ille.

Hanc misericordiam, nobis christianis, Christi sanguine redemptis, exhibitam, homo Deus hodie pro nobis crucifixus nobis donet et conseruet, in presenti per gratiam et in futuro {per gloriam}. Amen.

Explicit Sermo synodalis Magistri [[Mathei]] Johannis Mernberg etc.